



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

25. An Pontifex possit abrogare, seu dispensare in præcepto confessionis,  
ut quisquam nunquam teneatru confiteri? Et quid, si quæratur, qua  
ratione cum Papa sæpius dispensemset in votis, quorum ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](#)

# In ordine ad Sacraenta. Resol. XXV: 33

familiae, quam magnopere diligit Sedes Apostolica, vi Christi Vicariorum seminarium, sed ad profectum spirituale maximopere conducere potest: confessio venialium, ut præparet quisque Christo anima sua sponsam, non habentem maculam, neque rogam, & ut omnis ad peccatum mortale etiam remota dispositio penitus amputetur; ergo tenuerat talis venialium confessio præcipitur in predicta Clementina.

3. Sed difficultas existit, an dicta Clementina obliget ad confessionem venialium sub peccato mortali. Sot. in 4. distinc. 18. quest. 1. art. 4. aperie a iunct. defendit partem negantem. Probatur primo, quia recte Ref. ex qualitate peccata facile colligitur qualitas culpa; sed hoc in ea Clementina parca peccata imponitur transgrelloribus illius legis, nam Superiores illius religionis, qui contra eam deliquerint, tantum suspenderunt per annum a collatione beneficiorum, & subdiu etiam per annum suspenduntur ab administrationibus, & a receptione beneficiorum, ergo etiam videtur culpam parvam contineri in non confiendo singulis mensibus, praesertim cum tantum inveniantur peccata venialia. Et consummatur, quia confessio venialium parva materia est; ergo præceptum, quod circa eam versatur, non videtur graviter, sed leuite obligare.

3. Sed alii affirmacionem sententiam tenent, & idcirco Hurradus de Sacram. disp. 7. diff. 8. loquens de citata Clementina, ita afferit. Vnde præceptum dicta Clementina non est determinatum præcepti diuini lati a Christo pro tempore extra articulum mortis, (vt est præceptum annua confessionis,) sed est pure Ecclesiasticum; ac proinde per illud nullo modo præcipitur peccata purè interioris, nec præcipitur directè dolor, sed tantum indirectè, quatenus necessarius est, ut ab solutio, quæ præcipitur recipi, non fiat irrita.

4. Ita tamen in ea Clementina præcipitor dicitur Monachis menstrua confessio, ut quando non sunt mortalia, non teneant confiteri omnia illa, sed sufficiat unum, aut alterum, quia in ea Clementina tantum præcipitur, quod siat Confessio sacramentalis, quæ sufficiens sit utrovis modo dico.

5. Addimus, dictum præceptum obligare sub mortali non solum quando sunt mortalia, ut patet, sed etiam quando tantum sunt venialia, ut contra Canum adiutori Vasquez: quia quamvis tunc materia remota confessionis sit levius (ut pote peccatum veniale;) ipsa tantum confessio peccata venialis, quæ est materia proxima dicti præcepti, est gravis non minus, immo magis quam auditio Mifla, quia est Confessio sacramentalis, per quam constituit augmentum gratiae, & quæ valde conductit ad vitam reformationis. Hucusque Hurradus, & præter Vasquez ab ipso citatur, hanc sententiam rene Azorius tom. 1. lib. 7. cap. 40. quest. 1. & 2. Ochagavia de Sacram. tract. 2. de Confessione Sacram. quest. 6. num. 4. & illam probat duplice ratione. Prima est, quia non minus potest Ecclesia obligare suos subditos, quam quisque subditorum possit seipsum obligare per votum, sed qui voulenter, confiteri peccata venialia singulis mensibus eos cuius, quæ peccati mortalis conscientiam non habet, & manet obligatus sub peccato mortali ad confessionem venialium; ergo predicti Monachi, qui in illa Clementina obligantur ab Ecclesia ad confundendam singulis mensibus, quando peccatis mortaliibus non sunt irriteriti, sub mortali tenentur ad explicanda peccata venialia in confessione singulis mensibus. Secunda ratio est, quia licet

materia remota huius præcepti in eo casu, quo Monachi tantum commisissent venialia, esset leuis, scilicet peccatum ipsum veniale, iamen materia proxima, scilicet confessio sacramentalis peccati veniali, trans res est; ergo præceptum cadem super talen materiali, grauiter obligare necesse est. Exemplo fieri antecedens manifestum: quia summa Eucharistia post parvum fructum panis degustatum, graue peccatum continet, ibi tamen si materiali remota respicias, parvam eam esse inuenies, scilicet fructum illud panis. Si vero materiali proximam perpendas, grauem inuenies materiali, scilicet Eucharistiam sumi ab homine non ieiuno.

6. His tamen non obstantibus, opinionem Sotiputere esse probabilem, quam nouissime tuerit ex Valentio Joannes Praepositus in 3. p. 10. D. Thomas, quest. 3. de Confess. dub. 10. num. 62. quia, ait ipse, in Clementina. Ne in agro, §. 3. de statu Monachorum, non est nullum verbum, quod significet strictum præceptum ita enim habetur: Ut singuli Monachi saltem semel singulis mensibus ad confessionem accendant; neque satius constat, quod id communis usus Religiosorum sit receptum per modum legis obligantis, cum de hoc controvertant Doctores, ne ex alio capite colligi possit obligatio; quod addo, quia licet in capitulo, omnis viriusque, non videatur esse verbum, quod vi sua rigidum præceptum contineat: tamen ex peccata adiuncta ex communis sensu fidelium, ex Tridentin. sess. 1. cap. 5. colligit eo loco imponi strictum præceptum, in praesenti autem nihil habemus simile. Aduerte aliquos agnoscentes præceptum censere eius violationem solum esse veniale, sed minus bene, cum materia præcepti, scilicet usus Sacramenti, sit grauus. Confirm. qui voulset singulis mensibus confiteri, mortaliter peccaret, vel semel omitendo absque causa; ergo. Ita Praepositus.

## RESOL. XXV.

*An Pontifex possit abrogare, seu dispensare in præcepto confessionis, ut quisquam nunquam teneatur confiteri.*

*Et quid, si queratur, quia ratione cum Papa. sibi differet in votis, quorum obligatio est de iure diuino; & naturali ratione prouisionis Deo facta, quam quilibet ex dictis iuribus teneatur adimplere, & tamen non possit dispensare in præcepto confessionis, quod de iure diuino ortum habet? Ex p. 8. tract. 1. Ref. 17.*

§. 1. **A**D hoc dubium sic Respondet Ochagavia de Sacram. tract. 2. quest. 3. num. 2. Ecclesia scilicet Papa, vel Concilium Generale super substantiam præcepti confessionis, videlicet, ut quisquam nunquam teneatur confiteri, dispensare nullo modo potest, aut tale præceptum abrogare, quod difficilius est. Ita sententia Sotis in 4. dist. 18. quest. 1. art. 5. & Vasquez super questionem 91. & articulum primum D. Thom. Et est communis sententia Doctorum. Probatur conclusio dupliceiter, Primo, quia præceptum confidendi absolute, & in articulo mortis, & aliquando extra talen articulum, ut vidimus in precedenti questione, diuinum est; ergo Ecclesia auctoritate sua humana non potest illud abrogare, aut in eo dispensare, quia inferior dispensare, aut abrogare nequit legem a superiori latam. Secundo probatur eadem conclusio ratione Sotis loco citato, quia confessio taliter est constituta

Sup. hoc ex Ref. seq. VI. de §. Ita, & infra Resol. 52. & in tom. 1. tr. 3. Ref. 67. per to ram, & in gnanter. §. 2. pen. & vt.

Sup. hoc ali quando late in tom. 1. tr. 3. Ref. 66. & in alio versiculus pri maz anno.

## 34 Tract. I. De Potestate Pontificis

constituta à iure clauino, ut sit etiam pars essentia-  
lis sacramenti Poenitentiae; sed Sacraenta que  
sunt fundamenta Ecclesiae, nequit Ecclesia immu-  
tare, secundum illud Pauli 1. Epistol. ad Corinths.  
cap. Fundamentum aliud nemo posere potest,  
quād quod positum est, quod est Christus Iesus.  
Sed tantum potest Ecclesia ea Sacraenta ministrare,  
iuxta Paulum dicentem: Si chos existimet  
homo, ut Dei ministros, & dispensatores mysteri-  
iorum Dei, vbi nomine *dispensationis*, non in-  
telligit Diuus Paulus exceptionem, aut absolu-  
tionem aliquius a lege Sacramentorum, sed admini-  
strationem, seu distributionem Sacramentorum;  
ergo Ecclesia nullo modo potest in praecepto con-  
fessionis dispensatione, vel abrogatione vii Hucul-  
que Ochagavia; vide etiam Coninck *disput. 4.* dub. 48.

2. Dicendum est igitur triplici modo fieri posse  
à Pontifice dispensationem, seu abrogationem hu-  
iusti modi. **Primo** tollendo, & abrogando omnino  
praeceptum, ita ut nunquam obliget. **Secondo** dif-  
ferendo tempus, ita ut non obliget pro singulis  
annis, sed pro duobus, aut tribus quibusque an-  
nis: nec teneatur quicunque fidelis semel in anno  
confiteri; sed semel in tribus duobusque annis.  
**Tertio**, non differendo, extendendo, ut retin-  
gendo tempus confessionis, ita ut teneantur plu-  
ries fideles, quām semel in anno, confiteri, v. g.  
ter, quatēre in anno. Si loquamur de primo mo-  
do; docet Suar. tom. 4. de Pontif. disput. 36. sect. 1.  
num. 6. fine, nunquam posse dari rationabilem cau-  
sam tollendi, abrogandiisque in solidum praecep-  
tum confessionis: quia huiusmodi praeceptum est  
admodum vtile, & salutare viuenter Ecclesiae,  
ac singulis fidelibus illius: unde abrogatio, si det-  
etur, erit quidem valida, sed non licita; quia cederet  
omnino in destrutionem Ecclesiae, non in  
aedificationem illius; & sic summus Pontifex abu-  
teretur potestate, quam accipit immediata à Christo  
Domino: confiteretur enim illam in destrucciónem,  
non in aedificationem, ac proinde peccaret  
mortaliiter; & ea abrogatio iniusta, sed valida ei-  
scet, excederet enim suos fines: si de secundo mo-  
do sermo sit, non videtur repugnare, Ecclesiam per-  
uenire posse ad eum statum, vt ex urgenti, & ra-  
tionabilis causa, possit summus Pontifex abro-  
gari, quae tunc offeratur, possit sum-  
mus Pontifex dispensare in praedicto praecepto, vt  
non pro singulis annis obliget; sed pro tribus,  
duobusque quibusque: num autem certum est, id  
non expedire; quia dilatio poenitentiae per annum  
integrum, videtur satis magna ne potest facilè  
maior licentia, dilatioque concedi, praesertim toti  
Ecclesiae, sine grauius illius detrimento. Si de  
terto modo loquamur, non est negandum, posse  
restringi ex causa tempus huius praecepti, ita ut  
non obliget semel tantum in anno; sed ter, qua-  
terve: & quanvis nulla alia subfessa causa præ-  
ter fidem fructum, id quidem satis efficit, modo ea  
frequentia in contemptu non cederet.

3. Sed hic obiter aliquis posset inquirere, qua-  
ratione cum Pap. Sapius dispenset in votis, quo-  
rum obligatio est de iure diuino, & naturali ratio-  
ne promissionis Deo facta, quam quilibet ex pre-  
dictis iuribus tenetur adimplere, non possit etiam  
dispensare in praecepto confessionis, quod de iure  
diuino ortum habet. Huic argumento difficultem  
nuenerunt maiores nostri solutionem, Suar. lib. 6.  
de voto, c. 6. vera tamen solutio est, quam adhi-  
bent Suarez loco citato, & Lessius in tomo de In-  
fusia, & iure, cap. 40. de voto, dubitatione 17, dis-  
pensationem voti ab Ecclesia præstatim in hoc  
consistere, quod Prælatus Ecclesiae, ex parte, & no-

mine Dei, & eius vicem gerens in terris remittit  
obligationem, quam homo contrarerat erga Deum  
per suum votum, quod quidem non est dispensare  
in iure naturali feruandi promissa Deo, stante debito  
in sua vi, quia hoc omnino est impossibile,  
sed condonare debitum nomine Dei, in quo tota  
obligatio naturalis, & diuina nitescit, in pre-  
cepto vero diuina confessionis non appare aliqua  
via, quā possit Ecclesia dispensare.

### RESOL. XXVI.

*An Pontifex possit abrogare, seu dispensare in pra-  
cepto confessionis, ut aliquando quis non confitea-  
tur?* Ex part. 8. tr. 1. Ref. 18.

1. **A**ffirmatiū responderet Hurradus de Sa-  
Sup. hoc ia-  
cram. disput. 7. de Penit. difficult. 6. vbi tom. 1.  
sic ait: Concupiunt Doctores Pontificem posse in  
tr. 3. ex Re-  
præcepto annua confessionis dispensare, imo & doctrinam  
illud abrogare ita ut non maneat obligatio confi-  
tendi determinatio in quolibet anno, quia præ-  
ceptum Ecclesiasticum annua confessionis est purè  
penit. &  
Ecclesiasticum quoad temporis determinationem  
at singulos annos, quod potest Pontifex in par-  
tem, seu cum aliquo, aut in totum, seu cum om-  
nibus, auferre, & non solum validè, vt patet,  
sed etiam licet, si causa rationabilis subsistat, quæ  
non difficile reperiatur respectu aliquius particu-  
laris persona.

2. Ita tamen Pontifex amiuam obligationem  
confessionis potest in partem & in totum auferre,  
vt semper sit valde expeditus tempus aliquod pro  
præcepto diuino confessionis lato pro tempore ex-  
tra articulum mortis determinare, attentis circum-  
stantiis temporum, & personarum: imo id potuit  
esse Pontifici sub obligatione, si confessio fuisset  
parum in vnu, & ob id mores essent valde perditi.  
Sic ille.

3. Itaque statuendum est quid Ecclesia validè Sup. hoc la-  
potest dispensare, imo & abrogatione vt in præ-  
ge præ-  
cepto annua confessionis, etiam si non adsit ratio-  
nabilis causa, quanvis in eis actionibus grave pec-  
catum committeretur. Haec est communis sen-  
tientia Doctorum. Probatur conclusio: quia hoc  
præceptum confundi singulis annis ordinatum  
est ab Ecclesia autoritate merite humana, in cap.  
omnis utriusque sexus, de penitentia, & remissione  
bus; ergo potest ab Ecclesia validè dispensare, &  
abrogari, quia res per qualcumque causas nascitur,  
per eadem dissoluitur, quanvis, vt fatear, mini-  
mè credam aliquam rationabilem causam offerte-  
re se posse ad præceptum istud Ecclesiasticum quod  
animis hominum saluberrimum est, auferendum  
media dispensatione, aut abrogatione.

4. Nec deferam utram hic apponere verba Fa-  
gundez. de Præcept. Eccles. præcept. 2. lib. 1. cap. 3.  
num. 8. vbi sic ait: Dubium esse potest, utrum sum-  
mus Pontifex dispensare posse in hoc præcepto  
cum aliqua persona particulari, v.g. cum Eremita  
vidente extra humanum consortium, & cum to-  
ta aliqua Provincia, vt nunquam confiteatur per  
totam vitam. Cui dubio responderet idem Suarus  
tom. 4. de Pontif. disput. 36. sect. 1. non posse iusti-  
& rationabiliter summu[m] Pontificem per totam  
vitam dispensare in hoc præcepto cum aliquo, vel  
cum aliqua Provincia, quia dispensatio, vt legit-  
ima sit, requirit legitimam causam: nullā autem  
causa legitima, & rationabilis dari potest ad con-  
cedendam talē dispensationem; nec etiam dis-  
pensare poterit cum aliquo, vt ratō confiteatur in  
vitas